



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXVI. Das Kloster Arendsee verschreibt dem Priester Johann von Ammensleben eine Leibrente aus Schnellenberg, am 25. Juni 1339.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

rabili viro domino Johanni preposito ecclesie Beate marie in Arnesse Curiam Johannis de Cloden sitam in villa Tylebe cum consensu omnium legitimorum meorum heredum dubio quolibet postergato. Datum Chartow, Anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o., in crastino Beati viti martiris gloriosi.

LXXVI. Das Kloster Arendsee verschreibt dem Priester Johann von Ammensleben eine Leibrente aus Schnellenberg, am 25. Juli 1339.

Ego Johannes dictus de Bynde, prepositus Sanctimonialium in Arnse, necnon Margareta Priorissa dicta de kalene totusque Conuentus ibidem tenore presencium publice protestamur, quod communi consensu domino Johanni dicto de ammensleue sacerdoti vendidimus duo talenta Brandenburgensis monete ex Curia nostra dicta Snellenberghe, sita prope Werben, absque omni dubio et dilacione ad festum beati nicholai, quoad uixerit, sibi a colono prefate curie annuatim eroganda. Insuper post mortem vero predicti domini Johannis soror sua alheydis vnum talentum per tempora vite sue in eadem curia et super eundem terminum absque omni impedimento erogandum possidebit. Secundum vero talentum in remedium anime sepediti domini iohannis et suorum progenitorum sanctimonialia nostre interius tollent perpetuis temporibus duraturum. Si autem sepeditus dominus Johannes et soror sua Alheydis in predicta pecunia defectum habuerint, tunc ex nostris bonis melioribus ipsum defectum tenemur adimplere. Testes huius sunt dominus Gherardus prepositus in Creuese, Dominus Nycolaus de Rossou, dominus gherardus de winteruelde, Dominus Johannes huperti, Dominus henricus sartor, Dominus voltzekinus de Jabel, Sacerdotes, et alii quam plures fide digni. Datum Arnse, anno domini M^o. CCC^o. XXXIX^o., In die Jacobi apostoli. Conuentus nostri sub sigillo.

LXXVII. Dieterich und Bernhard von der Schulenburg überlassen Leppin und Kaulitz dem Kloster Arendsee, am 24. März 1340.

In nomine domini Amen. Nos Thidericus et Bernardus, fratres et milites, dicti de Sculenburg, Recongnoscimus publice protestantes, Quod, maturo Consilio omnium amicorum nostrorum prehabito et cum consensu aliorum, quorum intererat aut interesse poterat, Rite ac rationabiliter iusto tytulo vendicionis Discreto viro domino Meynardo, preposito in Arnesse, necnon Priorisse Totique Conuentui sanctimonialium ibidem existencium vnum chorum siliginis in villa leppyn annuatim villamque Chawel cum omni vsufructu et cum omnibus vitaliciis necnon cum